Libellum hunc, cui Titulus *Officina Chymica Londinensis*, dignum censemus qui Typis mandetur.

*Tho. Witherly*, Eq. Aur. Præses.
*Tho. Burwel*,
*Pet. Barwick*,
*Tho. Millington*, Eq. Aur.
*Humph. Brooke*.
} Censores.

# OFFICINA CHYMICA *LONDINENSIS.*

SIVE

Exacta notitia Medicamentorum Spagyricorum, Quæ apud Aulum Societatis *Pharmaceutiæ Londin.* præparantur, & Venalia proſtant.

Conſilio *Pharmacopœorum* & Approbatione *Collegii Medicorum Londinenſium* exhibitum.

---

Opera & Studio
*NICOLAI STAPHORST*,
Oper. Chym. dict. Societatis.

---

*LONDINI*,

Proſtant venales apud *D. Brown* ad Inſigne Cygni & Bibliorum extra Portam vulgo dictam *Temple-Bar*. 1697.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

*Dignissimo Domino, D.*
PETRO SAMBROOKE
*MAGISTRO;*
*Dominis*
BENJAMINO DONNE
*ET*
JOHAN. ARROWSMITH,
*Fidelissimis Custodibus Societatis Artis & Mysterii*
PHARMACOPOLARUM
*Civitatis* Londinensis;
*Nec non Selectæ Curiæ*
ASSISTENTIUM,
*Et cæteris* Elaboratorii
BENEFACTORIBUS:
*Opusculum hoc* Chymicum
*Gratitudinis ergô*
*D. D.*

*Nicolaus Staphorst.*

Lector Benevole,

PRodit hic in lucem *Libellus ex* Igne Chymico *extractus. Opus mole perexiguum, uſu non parvum; certè purum ut ſit neceſſe eſt, & ab omni Fæce liberatum, quod è Flammis naſcitur. Quale, quale eſt, benigno Animo accipias velim. Naturæ quidem à Secretis eſſe me non glorior, & fruſtrà eſſem ſi Mæandros ejus & Ænigmata explicare conarer : Sed neque in animo unquam fuit, Tyrones ad Pyrotechniam, quaſi manu ducere, multo minus erudire Peritiores.*

*tiores. Id duntaxat volui, ut* Chymiæ *Amicis indicarem, quomodo Medicamenta noſtra paramus, ne miſeris fortè Ægrotis Fallacias potiùs ſtruere videamur, quàm præſtantiſſima Remedia exhibere. Chymiæ debemus quòd Opiata omnia & Chalybeata, quòd* Mercurius, Vitriolum, Antimonium, *ſecurè poſſint tractari, & tutò abſorberi; adeò ut illius ope, de Naturâ & de Fato ipſo, triumphos agere dicamur. Proinde huic Arti tam Neceſſariæ quàm Utili, nullos hìc Limites figimus, quaſi alia Medicamenta inveniri nequeant, præter ea quæ hoc Catalogo continentur. Verùm hoc operis fuit propoſitum, ut unuſquiſque pro certo habeat,*

*nos*

*nos in Officinâ noſtrâ, non Venena, ſed ſalutares Medicinas venales proponere. Poſtremò, ſi quis à me expectaverit alia Medicamenta Chymica præparanda, quæ aut proprio uſui, aut communi bono quoquo modo inſervire poſſint, adſum paratus operam daturus, ne cui Officium meum aut Induſtria defuerit.*

---

OFFI-

# OFFICINA CHYMICA *LONDINENSIS.*

## A

### *Acetum Deſtillatum.*

FIT ex Aceto Vini, quod dephlegmatur, & dein deſtillatur.

### *Æs uſtum.*

Laminæ Cupri cum Sulphure ſtratificantur & comburuntur.

*Æthi-*

*Æthiops Mineralis.*

Fit ex Mercurio crudo, & Sulphuris floribus, anaticè incorporatis & deflagratis.

*Aluminis Arcanum.*

Fit ex parte unâ Aluminis dulcis, & partibus tribus Salis fusi, commixtis & reverberatis, unde postea Arcanum aquâ purâ eluitur.

*Alumen dulce.*

R. Aluminis q. p. dissolvitur in aquâ communi, digeritur, & crystallisatur.

*Alu-*

*Aluminis Sal.*

Elicitur ex capite mortuo, ope aquæ communis.

*Aluminis Spiritus.*

Vide Sp. Aluminis.

*Antihecticum Poterii.*

Reguli Antimonii Martiati & Stanni Anglicani partes æquales colliquantur, & cum triplo Nitri detonantur, unde postea Salia, ope aquæ communis, ad omnimodam dulcedinem eluuntur.

*Antimonium Diaphoreticum.*

Antimonii p. i. cum ſalis nitri p. iii. detonatur, et Aquâ edulcatur.

*Antimonium Diaphoret. fixum.*

Antimonii & Nitri ana ℔ j detonantur, abluuntur Salia, Pulvis exſiccatus, cum ana Salis Nitri rurſus miſcetur, & detonatur, detonatum denuò abluitur, & exſiccatum cum ana Salis Nitri detonatur. Maſſa hæc, in Aquâ, per aliquot horas coquitur, filtratur, & cum Spiritu Aceti pulvis Albus inde præcipitatur, qui, à Salſedine ablutus ſiccatur.

*Antim. Magiſter. Diaphor.*

Antimonium cum Triplo Nitri detonatum, coquitur in Aquâ, filtratur, affunditur Solutio Aluminis, & Magiſterium præcipitatum abluitur.

*Antim. Medicamentoſum.*

℞ Antimonii ℥v. Salis Tartari Albi ℥i. Salis Comm. ℥iv. funduntur *l. a.* in regulum, qui contuſus, edulcatur.

*Antim. Reſuſcitatum.*

℞. Antim. & Salis Armoniaci ana ℔i. commixta ſublimantur, cum tribus cohobiis,

biis, ſublimatum cum aceto deſtillato digeritur, evaporatur, & Salia abluuntur.

*Aq. Fortis Duplex.*

Deſtillatur igne Reverberii ex Vitrioli & Nitri ana.

*Aq. Fortis Simplex.*

Fit ex Vitrioli p. ii. & Nitri p. i.

*Aq. Fortis cum Alumine.*

℞. Aluminis calcin. Nitri ana ℔j. Vitrioli ℔j. deſtillatur.

*Aq. Mellis.*

Deſtillatur ex Melle *ſ. a.*

*Aq.*

## *Aqua Regis.*

Fit ex Aquæ Fortis Duplicis, vel etiam ſp. Nitri, ℔j. Salis armoniaci purificati *q. ſ.* ſibi invicem incorporatis.

## *Aq. Stimmii Sulph.*

℞. Antimonii, Salis Nitri, fl. ſulph. ana ℔ſ. deſtillantur l. a. in liquorem, qui filtratus rectificatur.

## *Arcanum Corallinum.*

Conficitur ex ℔j. Mercurii Crudi, & ſp. Nitri ℔iij. ſibi invicem commixtis, & per deſtillationem ſepararis, cum tribus Cohobiis, Mercurio

Corallato in fundo manente, qui per calcinationem, vel ablutionem, edulcatur.

*Arcanum Corall. Parac.*

Vide Mercurius ſublimatus ruber.

*Arcanum Dupl.*

Ope aquæ calidæ, elicitur ex Capite mortuo aq. fortis duplicis, filtratur & evaporatur.

*Arcanum Jovis.*

℥ii probe purificati & Stanni Anglicani ana ſ. a. in amalgama redacta, & pulveriſata, paulatim in ſ. q. ſp. nitri

nitri probe rectificati ingerimus, quo facto mixturam hanc digerimus, & retortæ inditam ad ſiccitatem deſtillamus. Tandem maſſam in fundo relictam contritam in Vas terreum indimus, ſpiritúmque vini affuſum ſupra illam accendimus, novúmq; reaffundimus hunc laborem repetentes, dum pulvis omnino inſipidus evadat.

*Aurum fulminans.*

Aurum Cupellatum ſolvitur in Aqua Regis, præcipitatur cum Oleo Tartari, & edulcatum, ſiccatur.

*Aurum*

*Aurum Moſaicum.*

Fit ex Mercurio, Jove, ſulphure & ſale Armoniaco ſecundum artem mixtus & ſublimatis.

*Aurum Vitæ Hartm.*

Recipimus Mercurii purgati ℥4. Auri granulati ℥ß, facimus amalgama, ſolvimus inde Mercurium in loco calido cum ſufficienti q.Aq. fortis affuſæ, ut nihil præter Aurum Fuſci coloris remaneat, quod, ſolutione Mercurii decantata, cum Aq. Regis ſolvimus, commixtas deinde has ſolutiones deſtillamus, ad omnimodam ſpirituum expulſionem,

pulſionem, tandem vaſe tracto, materiam exemptam & lævigatam, ſupra tegulam ſufficienter calcinamus.

---

B

*Balſ. Polychreſtum.*

SUmimus Sarſaparil. ℥viij. Sp. Vini rectific. ℔iv. extrahimus tincturam, in quâ filtratâ, diſſolvimus Gum. Guajaci ℥12. Balſ. Peruv. ℥vj. digerendo l. a. in Balſamum.

*Balſ. Saturni. Terebinthinat.*

Fit ex Sacchar. Saturni ℥iv. Sp. Terebinth. ℥12. ſ. a. digerendo.

*Balſ. Saturn. Juniper.*

Fit ex Sacch. Saturni & Ol. Junip. utì prius dictu.m.

*Balſ.*

*Balſ. Sulph. Aniſatum.*

Sumimus Florum Sulphuris ℔j. ol. aniſi ℔iv. digerimúſque in balſamum.

*Balſam. Sulph. Antimonii.*

Recipimus, ſulphuris Antimonii combuſtibilis, & ſalis Tartari ana ℥j. ſp. Terebinthinæ ℥iv. digerimúſque in Balſamum.

*Balſ. Sulph. Benzoinatum.*

Fit ex floribus Sulphuris,& ol. Benzoini q. ſ. inſimul digerendo.

*Balſ.*

*Balſ. Sulph. Craſſum.*

Recipimus ol. papaveris, vel lini, vel nucum ℔j. flor. ſulph. ℔ſ. coquimus ſ. a. in Balſamum.

*Balſ. Sluph. aliud.*

Recipimus Sulphuris q. p. quod contuſum, & matracio inditum igne cinerum digerimus, per menſem, deinde cum octo partibus Olei Terebinthinæ, in Balneo maris digerimus, dum Rubro colore tinctum ſit, tunc decantatum, in Balneo cinerum ad conſiſtentiam Balſami abſtrahimus.

*Balſ.*

*Balſ. Sulph. Knæphelii.*

Florum Sulphuris ℔iij. ſalis Tart. ℔j. miſcemus in Crucibulo ſ. a. ut fiat maſſa, quam pulveriſatam indimus vaſi magno, affundendo ol. lini recentis ℔iij. & coquendo dum craſſeſcat, poſtea una cum vaſe aquæ frigidæ immergimus, dum in ſubſtantiam ſpongioſam, hepati ſimilem abeat, quam in taleolos diſſectam retortæque inditam nudo Igne deſtillamus, gradatim aucto, cum cautione tamen maxima. Sic deſtillamus phlegma, Liquorem lacteum & Oleum, quod ab Aqua ſeparatum, cum dimidiâ parte colcotharis Vitrioli,

in patellâ magnâ Ignis ope commiſcemus, refrigeratum & in fruſtula confractum, indimus retortæ Vitreæ, & ex arenâ deſtillamus; Oleum quod prodit cum dimidiâ parte Olei aniſi commixtum in Balſamum tandem l. a. digerimus.

*Balſ. Sulph. Succinat.*

Florum Sulph. ℔j. miſcemus cum olei ſuccini ℔iv. l. a. in Balſamum digerendo.

*Balſ. Sulph. Terebinth.*

Miſcemus in jam dict[a] proportione flores ſulphu[ris] ris cum Oleo Terebinthinæ n[ec]

&

& digerendo procedimus.

*Balſ. Succini.*

Aſſumimus Succini ℔j. & deſtillando, digerendoque procedimus ſ. a. donec abſque ulla additione, tota Succini ſubſtantia in Balſamum, Terebinthinæ ſimilem abeat.

*Balſam. Veneris.*

Laminæ Veneris, cum ſp. Terebinthinæ, in Balſamum viride digeruntur.

*Bezoard. Joviale.*

Reguli Antimonii ʒiij. cum ſtanni Anglicani ʒij. ope Ignis miſcemus, & in regulum

 fundimus,

ſundimus, quem contuſum & lævigatum, cum Mercurii ſublimati corroſivi ℥vj. commixtum, l. a. in Butyrum deſtillamus, quod poſtea in triplo ſp. Nitri vel q.ſ. diſſolvimus, ſolutionem poſtea ternis cohobiis deſtillamus, tandem bezoardicum in fundo relictum, lævigatum, ſupra tegulam ignimus, dum evaneſcat ſapor acidus; ultimo cum ſpiritu vini rectificat. ſſimo miſcemus, quem inde comburimus, hoc ſecunda & tertia etiam vice repetendo.

*Bez. Lunare.*

Miſcemus Butyri Antimonii rectificati ℥viij. cum Lunæ ℥j. ſpiritu Nitri q.

ſ.

l. ſolutæ, paulatim affundendo, dum non amplius efferveſcat, & plus ſpirtus Nitri addendo; ſi quantitas ſolutionis huic effectui producendo, non ſufficiat, poſtea ſpiritum Igne arenæ abſtrahimus, ter cohobando, & utì de Bezoardico Joviali dictum porrò procedendo.

*Bezoard. Martiale.*

Croci Martis per reverberationem facti cum Butyro Antimonii l. a. quantum poſſumus diſſolvimus, deinde figendo cum ſpiritu Nitri, uti moris eſt, procedimus.

*Bez. Martiale aliud.*

Solvimus limaturæ Martis ℥j. in ſuff. q. Spiritus Bezoardici, vel Aquæ Regis hancque ſolutionem paulatim Butyri Antimonii ℥viij. affundimus, porro procedendo cum ſp. Nitri utì in præcedentibus dictum.

*Bez. Minerale.*

Fit ex Butyri Antimonii ℔j. & ſp. Nitri ℔iij. vel q. ſ. dum effervescentia ceſſet, ſibi invicem paulatim commixtis, & cum tribus cohobiis deſtillatis, procedendo utì de Bezoardico Joviali dictum.

*Bez. Solare.*

Diſſolvimus Auri per. Antimonium fuſi & cupellati ℥j. in Aquæ Regis q. ſ. recipimus quoque Butyri Antimonii probe rectificati ℥iv. quod ſolvimus in ſp. Nitri q. ſ. paulatim & cautè affundendo, uſque ad ſtrepitus ceſſationem, hinc duas haſce ſolutiones confundimus; & ad ſiccitatem deſtillamus, materiæ in fundo relictæ, pulveriſatæ, denuo affundimus ſp. Nitri ℥vj. vel viij, rurſúſque ad ſiccitatem deſtillamus, quam reaffuſionem novi ſp. Nitri, & reabſtractionem, etiam tertia vice repetimus, urgendo Ignem in fine; tandem

tandem maſſam in fundo relictam, Aquâ edulcamus, & rurſus exſiccatam, probeque lævigatam, per horam unam alteramve calcinamus, & ad uſum ſervamus.

*Butyrum Antimonii.*

Fit ex Antimonii, & Mercurii ſublimati ana ℔ij. commixtis, & ſecundum artem ſublimatis tandemq; rectificatis.

*Butyrum Ceræ.*

Deſtillatur ex Cerâ & arenâ mixtis, per retortam.

C

*Calx Auri.*

VIde Aurum fulminans.

*Calx Jovis.*

Jupiter in Lebete ferreo ope Ignis liquefactus, tam diu ſpatulâ ferreâ agitatur, dum in calcem ſeu Cineres abeat.

Sunt etiam qui Aquâ fort. Jovem diſſolvunt, & illâ decantatâ, præcipitatum pulverem edulcant, ſed prior modus præſtat.

*Calx*

## *Calx Lunæ.*

Lunam cupellatam, in ſp. Nitri ſolutam, Aquâ marinâ præcipitamus, & poſtea edulcamus.

Fit etiam ſi ſolutioni Lunæ, Aqua admiſceatur, & laminæ cupri injiciantur, lunaque ſic præcipitata abluatur.

## *Calx Plumbi.*

Plumbo liquefacto per vices admiſcetur ſulphur dum in calcem reducatur.

Calcinari quoque poteſt, utì de Jove dictum.

*Ceruſſa*

*Ceruſſa Antim.*

Regulus Antimonii, cum triplo Nitri commixtus, & detonatus, Aquâ edulcoratur probe & exſiccatur, interdum etiam ſpiritum vini â pulvere hoc edulcato deflagramus.

*Ceruſſa Martis.*

Fit eodem modo, quo Ceruſſa Antimonii, ex regulo martis.

*Ceruſſa Mart. cum nonuplo Nitri.*

Ceruſſa Martis uti jam dictum præparata, denuò cum triplo

triplo nitri mixta & detonata, abluitur etiam ſecunda vice, rurſuſque exſiccata cum triplo Nitri calcinatur, & Aquâ probè edulcorata, & ſiccata, ad Uſum ſervatur.

*Chalcanthum Rubefactum.*

Eſt Vitriolum ad rubedinem calcinatum.

*Chalybs cum Sulphure.*

Ferrum, Candefactum ſulphure admoto liquefit, & poſteà Crucibulo inditum, ad omnem ſulphuris deflagrationem ignitur.

*Chalybis*

*Chalybis Sal.*

Limatura Martis, Ope Aquæ, & Olei Vitrioli diſſoluta, filtratur, evaporatur & cryſtalliſatur.

*Cinnab. Antimonii.*

Caput Mortuum poſt deſtillationem Butyri Antimonii relictum, Igne ſublimatorio in Cinnabarim evehitur, & rectificatur.

*Clyſſus Vitrioli.*

Vitriolum viride Martiale, tribus ſolutionibus & Cryſtalliſationibus depuratum, & ab Ochra liberatum, in olla

ad flavedinem calcinamus, poſtea ſolvimus cum aceto deſtillato, filtramus & cryſtalliſamus, qui labor tribus vicibus repetendus eſt. Tandem cryſtallos hos in olla ad flavedinem calcinatos, & pulveriſatos, indimus retortæ vitreæ, & ex arenâ deſtillamus Phlegma & Spiritum, deſtillatum reſiduo in retortâ reaffundimus, cumque ad ſiccitatem abſtracta ſint, ex retortâ Igne aperto deſtillamus per gradus, utì moris eſt, dum omnes ſpiritus expulſi ſint. Deinde Caput mortuum aëri, ut illo impregnetur, exponitur, unde tandem ope Aquæ Sal extrahimus, quod ſolutionibus, filtrationibus, & cryſtalliſationibus, repetitis

petitis purificamus. Ad ʒiij. hujus ſalis affundimus ſpiritus antea deſtillati ʒ12. digerimus per menſem vel ultrà etiam, tandem filtratum, uſui aſſervamus.

## *Cremor Tartari.*

Tartarus ablutus, & pulveriſatus, Aquâ bullienti ſolutus, et per laneum trajectus, ad cryſtalliſandum reponitur, cryſtalli collecti abluti & exſiccati, ſi prima vice ſatis albi non ſint, ſecundâ & tertiâ etiam cryſtalliſatione purificantur.

*Crocus Martis per ſe. Wurtzii.*

Limatura Martis per tres dies vel diutiùs reverberatur ſ. a. deinde contuſa, Crocus inde Aquâ eluitur & ad ſiccitatem evaporatur.

*Crocus Martis cum Aquâ Regis.*

Limatura Martis toties cum Aquâ Regis impaſtatur & ſiccatur, dum rubiginoſa evadat, deinde in Crocum reverberando & levigando vertitur.

*Crocus Martis cum rore Maiali.*

Martis Limatura, cum Rore, vel Pluviâ Maiali, toties irroratur, dum in rubiginem abeat, poſtea proceditur uti jam dictum.

*Crocus Martis Aſtringens.*

Rubigo Martis cum aceto deſtillato facta, & ſ. a. reverberata, in Crocum vertitur.

*Crocus Martis Aperitivus.*

Chalybs cum Sulphure, Igne reverberii, in Crocum Martis Aperitivum abit.

*Crocus Martis ex Vitriolo Martis.*

Vitriolum Martis, calcinatum, contuſum, Igne violento, in Crocum rubicundum, & leviſſimum, reverberatur.

*Crocus Metallorum.*

Fit ex Antimonii & Nitri ana ℔j. quæ detonantur, & poſtmodum Crocus à ſcoriis ſeparatur.

*Crocus Veneris.*

Fit ex Vitriolo Veneris, per reverberationem.

*Cryſtallum*

*Cryſtallum Minerale.*

Fit ex Lapide prunellæ ſolvendo & cryſtalliſando.

*Cryſtall. Minerale Sacchara-tum.*

Recipimus Cryſtalli Mineralis & Sacchari ana q. p. quæ in Aqua roſarum ſoluta evaporantur.

## E

### *Elixir Pæoniæ.*

REcipimus Rad. Palm. Chriſti, Anglic. Pyrethri ana ℥j. Viſci quercini, Sem. Fœnic. anacard. ana ʒvj. flor. Roris marini, Stæchad. Arab. Lavend. ana ʒiij. Raſ. Cornu Cerv. Alcis, Cran. human. Caſtorei ana ʒiß. Herb. Major mp. j. Sp. Vini rectificat. ℔ij. digerimus per dies 14. quibus finitis per Alembicum ex Balneo maris deſtillamus Spiritum, cui addimus, Rad. flor. & ſem. Pœoniæ ana ℥j. Spec. Diamoſci dulc. Diaxyloalöes ana ℥ß, digerimus per menſem, filtramus: ad ℥12. hujus tinctu-

tincturæ addimus ſp. Vitrioli rectific. & cum cinnabari nativâ ſ. a. impregnati ℥iv. Salis pœoniæ ʒjß. ſicque in Elixir, utì moris eſt, circulamus.

*Elixir Propr. Dulce.*

Fit ex croci Aloës, Myrrhæ ana ℥iß. ſp. vini ℔j. digerendo & filtrando.

*Elixir Propr. Paracelſi.*

℞. Croci, Aloës, Myrrhæ, ana ℥vj. ſp. Vini, & Olei Sulphuris per campanam facti ana ℔jß. digerimus per menſem, deinde filtramus, & ſi opus ſit, menſtrui partem, ad deſideratam conſiſtentiam ababſtrahimus.

*Aliud.*

*Aliud.*

Fit ex iiſdem, niſi quod, ad ſingulas libras ſp. Vini, Olei ſulphuris per campanam ℥ij. addantur.

*Elixir Propr. cum Sp. Corn. Cerv.*

Sp. C. C. ℥4, cum Sp. Vini ℥viij. prius ſ. a. conjunguntur, deinde addimus, Croci, Aloës, Myrrhæ ana ℥j.

*Elixir Propr. Tartariſ.*

Fit eodem modo utì Elix. Propr. dulc. modò quòd pro menſtruo tinctura ſalis Tartari ſumatur.

*Elixir*

## *Elixir Vitrioli.*

℞. Galang. min. ʒjß. Calam. Arom. ʒj. menthæ criſpæ, ſalviæ ana ʒß, cinnamomi elect. Caryopyhllorum, Zinz. Albi ana ʒiij, Nuc. moſchat. cubebarum ana ʒij. Lign. Aloes, cort. citri, ana ʒj. Sacch. cand. alb. ʒiij, miſcemus, & in pulverem reducimus, cui affundimus ol. Vitrioli ℔j. ſp. Vini ℔iß. l. a. in elixir digerendo.

## *Ens Veneris.*

Vitriolum Martis, ad omnimodam dulcedinem reverberatum et ablutum, miſcetur cum duplo ſalis Armoniaci,

niaci, & ſublimatur, bis vel ter cohobando.

*Extractum Abſynthii.*

Decoctum Abſynthii, clarificatum, evaporatur ad conſiſtentiam extracti.

*Extractum Croci & Helleb.*

Fiunt eodem modo.

*Extractum Gambogiæ.*

Extrahitur cum ſp. Vini, & vel in Aquam deſtillatam præcipitatur, vel etiam ad extracti formam abſtrahitur.

*Extract. Guajaci, Samb. &c.*

Fiunt uti Extractum Absynthii.

F

*Flores Antimonii.*

ANtimonium Igne vehementi, abſque additione, ope vaſorum ſublimatoriorum, in Flores ſublimatur.

*Flores Antim. Diaph.*

Flores Antimonii irrigantur Oleo Sulphuris, & in crucibulo clauſo, aperto Igne calcinantur.

*Flores Benzoini.*

Fiunt ex Benzoino contuſo, quod indimus ollæ, cui cucullus chartaceus ſuper adaptatur

aptatur, poſtea Igne ſ. a. accenſo, flores ſublimatos cucullo mutato ſæpius, detergimus, quos, ſi opus ſit, eodem modo rectificamus.

### *Flores Salis Armon.*

Sal Armoniacum & Sal fuſum in æquali pondere mixta, ſublimantur in Flores.

### *Flores Salis Armon. Martiati.*

Miſcemus Salis Armoniaci & Limaturæ Martis ana ℔ij. ſublimamus, caput mortuum exponitur aëri ut efflorescat & quodammodo liqueſcat, deinde cum dimidio ſui ponderis Salis Armoniaci Miſcemus

ſcemus, lento igne ſiccamus, & tandem ſ. a. ſublimamus.

*Flores Salis Com.*

Fiunt, ſi poſt deſtillationem ſp. ſalis, Ignis urgeatur, tunc enim Flores ſublimari & collo retortæ & recipientis adhærere ſolent.

*Flores Sulphuris.*

Sulphur ex ollâ, vel retortâ, in capax recipiens ſublimatur inque flores vertitur.

*Flores*

## *Flores Viridis Æris.*

Viride Æs in aceto deſtillato ſolutum, filtratum & evaporatione in cryſtallos redactum, dicitur flos viridis Æris.

## *Flores Jovis.*

Recipimus Jovis ℔j. Nitri ℔ij. miſcemus ſ.a. & cochleatim in vaſa ſublimatoria ingerimus & detonamus, finitâ operatione, Flores ſublimatoriis adhærentes deterſos Aquâ calidâ abluimus.

## G

### *Galbanetum Hartmanni.*

FIt ex Galbani ℔ß & ſpiritus terebinthinæ ℔j. per octiduum (cum, vel abſque, aromatibus) digeſtis, & per Alembicum ad ſiccitatem deſtillatis.

### *Balſam. Galbanet. Senn.*

Recipimus Galbani ℔ß. ol. terebinth. ℔ij. digeſta per menſem, deſtillamus ſ. a. deſtillato addimus ol. lavendulæ ʒj. & poſt unius diei digeſtionem, denuo deſtillamus.

J

*Jovis Magiſterium.*

Ex Aquâ primæ coctionis maſſæ, ex ſublimatione florum Jovis relictæ, filtratâ, ope liquoris Aluminis, præcipitamus magiſterium, ad dulcedinem abluendum.

*Jupiter Diaphoreticus.*

Materiam poſt ſublimatos Flores Jovis relictam in Aquâ coquimus, pulverem præcipitatum ad omnimodam dulcedinem abluendo.

*Jupiter Nitratus.*

Vide Nitrum Joviatum.

## L

### *Lac Sulphuris.*

FLorum Sulphuris ℔j. & calcis vivæ (vel Salis Tartari) ℔iij. coquimus in amplo Vaſe, in ſ. q. Aquæ dum ſulphur ſolutum ſit, tum calidum Liquorem ſiltramus, & cum Aceto deſtillato, vel Spiritu, vel Phlegmate Nitri, Lac præcipitamus, ab omni acredine abluendum & ſiccandum.

### *Lap. Calaminaris Præparatus Wurtzii.*

Lapidem calaminarem contritum, & in Crucibulo candefactum,

defactum, in Acetum deſtillatum projicimus, quo decantato pulvereque ſiccato, uti dictum ſecunda & tertia vice procedimus.

## *Lapis Infernalis.*

Fit ex Argenti cupellati ℥j. & ſp.Nitri rectificati ℥iij. in quo Luna ſoluta & ad tertias evaporata,infunditur crucibulo Germanico firmo & amplo, & ſupra prunas, ad conſiſtentiam evaporatur,tandemque effunditur.

## *Lapis Infernalis Comm.*

Fit ex ℔ij. calcis vivæ & ℔j. cinerum Clavellatorum commixtorum, unde ope Aquæ Lixivium

Lixivium extrahimus, quod filtratum ad ſiccitatem evaporatur, relictus in fundo ſal in crucibulo funditur dum in Lapidem cauſticum abeat.

*Lapis Medicamentoſus.*

Vitrioli viridis ℔j. Albi ℔ß. Alum. ℔iß. Fell. vitri, ſalis comm. ana ʒiij. ſalis Tartari ʒijß. Arthemiſiæ, Abſynth. ana ʒß. ceruſſæ ℔ß. Boli ʒiij. ſ. a. in Lapidem coquuntur.

*Lapis Prunellæ.*

Nitri puriſſimi ℔j. liquefit in Crucibulo, cui per vices injicitur Sulphuris parum, quod cum deflagraverit effunditur. *Laud.*

*Laud. liq. Helm.*

Recipimus Opii optimi præparati ℔j. Croci ʒvj. cinnamomi, charyoph. Nuc. Moſc. Ligni Aloës, Santali citrini ana ʒiv. Succi Cydoniorum ℔32. digerimus per menſem, poſtea filtramus, & ad conſiſtentiam Liquorem ſuperfluum abſtrahimus.

*Laud. liq. Tartariſ.*

Supra dictas ſpecies in Tincturæ Salis Tartari ℔10. digerimus, & poſtea filtrando procedimus.

*Laud.*

*Laud. Opiatum Starkii.*

Facimus ſ. a. ſapam ex ℔j. ſalis Tartari, & ſp. Terebinth. q. ſ. poſtea recipimus opii Thebaici præparati & pulveriſati, Hellebori Albi, & Nigri, rad. Liquirrh. ana ʒviij. ſapæ prædictæ q. ſ. miſcemus longa trituratione dum fiat maſſa pilularis. Quidam Helleborum Nigrum omittunt.

*Laudan. ſine Opio Hartm.*

Recipimus, pulv. Santal. Citrini, rubr. ana ʒj. Macis, Galang. Piperis, Cardam. ana ʒiij. f. l. a., cum ſpiritu Vini, extractum, extrahi-

mus etiam Mumiæ Ægyptiacæ & Myrrhæ rubræ ana ʒj. cum Aquâ Cichorii, poſtea tincturas filtratas & confuſas, miſcemus cum Sulphuris Vitrioli narcotici ʒij. & digerimus per tres ſeptimanas, tandem menſtruum ad mellis conſiſtentiam abſtrahimus, abſtracto addendo, extr. Croci ʒß. ſalis perlarum ʒj. ut fiat maſſa pilularis.

*Liquor Silicum.*

Recipimus Silicum calcinatorum ʒxij. ſalis Tartari, ex Tartari & Nitri partibus æqualibus facti, ʒviij, miſcemus exactè in mortario, & in Crucibulum candens cochleatim ingerimus, urgendo

do Ignem dum pellucida fiant inſtar Vitri, maſſam, Crucibulo refrigerato, relictam, aëri exponimus ut per deliquium, fluat.

# M

## *Magiſt. Biſmuthi.*

℞. Biſmuthi pulveriſati ℥iv. Sp. Nitri rectificati ℥xij. fit ſolutio, quæ cum Aquâ ſalſâ præcipitata, ad dulcedinem abluitur.

## *Magiſt. Corallorum.*

Sumimus Corallorum calcinatorum q. p. diſſolvimus in ſ. q. aceti deſtillati, ſolutione filtrata, & cum Oleo Vitrioli præcipitata, Magiſterium ſ. a. abluimus.

*Magiſter. Gambogiæ.*

Vide Extractum Gambogiæ.

*Mag. Jovis.*

Vide Jovis Magiſterium.

*Mag. Martis, aperitiv. Mynſicht.*

Miſcemus Succi acetoſæ depurati ℔vi. cum Tamarindorum ℔j. ſ. a., nucleiſque & ſtipitibus exemptis coquimus & clarificamus, addimus Limaturæ martis ℔ß. digerimus ſæpius agitando per aliquot dies, poſtea colamus, & inſpiſſando ad conſiſtenti-

am extracti reducimus.

*Magiſt. Perlarum.*

Perlæ contuſæ aceto Vini deſtillato ſolvuntur, ſolutioneque filtrata, cum Oleo Vitrioli præcipitatur magiſterium, & ad omnimodam dulcedinem ablutum, ſiccatur.

*Magiſt. Matris Perlarum, & Oculorum cancr.*

Fiunt uti de Magiſterio Perlarum dictum.

*Magiſt. Saturni.*

Minium in aceto deſtillato, ad ejus dulcedinem coquitur, filtratur, cumque Oleo

Oleo Vitrioli, vel ſale Tartari præcipitatum, edulcatur.

*Magiſt. Sulph.*

Vide Lac Sulphuris.

*Magnes præparatus Wurtzii.*

Magnetis pulveriſati q. pl. candefacimus in crucibulo, & æq. p. Olei Martis affundimus, illud lento Igne evaporando.

*Martis Tinct. Mynſicht.*

Vide Tinctura Martis.

*Martis Crocus.*

Vide Crocus Martis.

*Merc. præcip. Albus.*

Recipimus Mercurii q. p. diſſolvimus in ſ. q. Aq. fortis, præcipitamus cum Aquâ ſalſâ vel phlegmate ſp. ſalis Armoniaci, ablutumque probe ſiccamus.

*Merc. præcip. Albus ſubdulcis.*

Mercurium crudum diſſolvimus in ſp. Nitri q. ſ., ſolutum præcipitamus cum ſp. Vini q. ſ., Liquorem decantamus, præcipitatum ſiccamus,

&

& ſpiritum Vini aliquoties affuſum comburimus.

*Merc. præcipit. fixatus.*

Sumimus Mercurii ℥vj. florum Sulphuris ℥iv, Salis Armoniaci ℥iij. miſcemus in mortario marmoreo, dum Mercurius ſit omninò extinctus, deinde ſublimamus, quod in fundo reſtat cum ſublimato rurſus commiſcemus, & ſublimamus, hoc etiam tertia & quarta vice repetimus, ultimò ſublimatum exactè à præcipitato ſeparando, qui ſervatur ad uſum.

*Merc.*

*Merc. præcipit. Flavus.*

Vide Turpetum Minerale.

*Merc. præcipit. Gryſeus.*

Recipimus Mercurii præcipitati flavi vel Albi ℥j, abluimus cum Aquâ Roſarum ſæpius, ſiccatum imbibimus cum ſpiritu Vini rectificato, addimus Camphoræ in ſ. q. ſp. Vini ſolutæ ℥j. & leni Igne ſp. Vini inde abſtrahimus.

*Merc. præcipit. Incarnatus.*

Mercurii ℥j. ſolvimus in Aquæ Fortis ℥ij. addimus Aq. calidæ

calidæ ℥iij. præcipitamus cum urina recenti, & præcipitatum probè Ablutum ſiccamus.

*Merc. præcipit. Laxativus.*

Recipimus Mercurii q. p. affundimus Olei Vitrioli vel Sulphuris ad digiti unius ſupereminentiam, ponimus in Balneo arenæ, dum Mercurius cryſtalliſetur, poſtea materiam hanc cryſtallinam eximimus, ſi quid adhuc vivi ſuperſit Mercurii ſeparamus, indimus Crucibulo, ut per horam ope Ignis candefiat, tandem in Aquam calidam injicimus, & fiet pulvis flavus, qui Aquâ decantatâ, lavatur

vatur, exiccatur, & ſpiritus Vini ſupra illum accenditur.

*Merc. præcipit. per ſe.*

Mercurius crudus vitro infernali inditus Igne ſecundi gradus tam diu uritur, dum in rubrum & rutilantem abeat præcipitatum, quod ſpacio anni vix abſolvitur.

*Mercurius præcipit. Ruber.*

℞. Mercurii ℔j. Aq. fortis ℔ij. deſtillatur Aqua fortis à Mercurio, cum tribus cohobiis, dum in rubicundum abeat pulverem, quem ſervamus.

*Mercurius*

*Mercurius præcipit. Solaris per ſe.*

Recipimus Mercurii ℥iv. Auri per Antimonium fuſi & cupellati ℥ß. facimus l. a. amalgama, quod vitro inditum, uti de Mercurio præcipitato per ſe dictum, tractatur, niſi quod ſæpius materia ſit eximenda, & in mortario probè conterenda.

*Mercurius præcipit. viridis.*

Sumimus Mercurii ℥iv. ſolvimus in Aqua forti, pariter ſolvimus cupri ℥ß. in Aqua forti, ſolutiones conjungimus, & Aquam fortem abſtrahimus,

ſtrahimus, Igne ſub finem violento, præcipitatum hunc cum aceto deſtillato digerimus, per aliquot dies, ut ultimo ebulliat acetum, tandem filtratum, ad ſiccitatem abſtrahimus.

*Mercurius præcipit. Wurtzii.*

Recipimns Mercurii per Salem & acetum loti ℥iv. affundimus Aquæ fortis duplicis ℔i. ℥iv. abſtrahimus Aquam fortem ex arena, ſemel adhuc cohobando, poſtea materiam exemptam terimus, affundimus Olei Vitrioli ℥iv. digerimus per diem, & Oleum inde in cinerum Balneo abſtrahimus, maſſam in fundo relictam conterimus,

&

& ſpiritum Vini per dies tres cum illâ digeſtum decantamus, novumque affundimus digerendo & decantando, quod etiam tertia vice repetimus, tandem ſiccamus.

## *Mercurius Sublimatus Corroſivus.*

Recipimus Mercurii, Vitrioli calcinati, Nitri, & Salis decrepitati ana ℔i. miſcemus triturando, dum Mercurius non amplius appareat, hinc retortæ Vitreæ inditum ex arenâ l. a. ſublimamus, ſublimatum collectum, cum æquali pondere Vitrioli & Salis decrepitati miſcemus & ſecundò ſublimamus ut magis corroſivus evadat.

*Mercurius Sublimatus dulcis.*

℞. Mercurii ℔iij. Mercurii ſublimati corroſivi ℔iv. & ſublimatur, ter, quater, vel quinquies, ſemper quod leve eſt removendo, dum dulcis evadat.

*Mercurius Sublimatus ruber & flavus.*

Recipimus Mercurii crudi, Vitrioli calcinati, Salis Nitri ana ℔ij. miſcemus triturando dum Mercurius omnino evaneſcat, hinc ſublimamus, ſublimatum à capite mortuo ſeparatum, rurſus miſcemus cum Salis Nitri

Nitri & Aluminis parum calcinati ana lbi, hæc cum aceto impaſtata, rurſus ſublimamus, poſtea rubrum à flavo ſeparatum, utrumque ſeorſim Aquâ abluimus, & ſpiritum vini ſupra illa accendimus.

*Mercurius Vitæ.*

Butyrum vel Oleum Antimonii Aquæ magnâ quantitate affuſâ præcipitatur in Mercurium Vitæ, qui Aquâ purâ affuſâ edulcoratus, ſiccatur.

*Mercurius Vitæ correctus.*

Mercurius Vitæ per aliquot dies Igne arenæ uritur dum flaveſcat, poſtea Spiritus

*Mercurius Sublimatus dulcis.*

℞. Mercurii ℔iij. Mercurii ſublimati corroſivi ℔iv. & ſublimatur, ter, quater, vel quinquies, ſemper quod leve eſt removendo, dum dulcis evadat.

*Mercurius Sublimatus ruber & flavus.*

Recipimus Mercurii crudi, Vitrioli calcinati, Salis Nitri ana ℔ij. miſcemus triturando dum Mercurius omnino evaneſcat, hinc ſublimamus, ſublimatum à capite mortuo ſeparatum, rurſus miſcemus cum Salis Nitri

Nitri & Aluminis parum calcinati ana ℔i, hæc cum aceto impaſtata, rurſus ſublimamus, poſtea rubrum à flavo ſeparatum, utrumque ſeorſim Aquâ abluimus, & ſpiritum vini ſupra illa accendimus.

*Mercurius Vitæ.*

Butyrum vel Oleum Antimonii Aquæ magnâ quantitate affuſâ præcipitatur in Mercurium Vitæ, qui Aquâ purâ affuſâ edulcoratus, ſiccatur.

*Mercurius Vitæ correctus.*

Mercurius Vitæ per aliquot dies Igne arenæ uritur dum flaveſcat, poſtea Spiritus

Vini digerendo & filtrando ſæpius ab illo ſeparatur.

*Mixtura Simplex.*

Vide ſp. Diatrion.

---

*Ntrum*

## N

### *Nitrum Antimoniatum.*

REcipimus Nitri puri ℥vi. liquefacimus in Crucibulo, & paulatim cautéque injicimus Vitri Antimonii per ſe facti ℥ij. quæ in unum Ope Vulcani unita effundimus in Mortarium, in pulverem conterimus, unde Aquâ purâ Nitrum eluimus, quod filtrando, & cryſtalliſando purificamus.

*Nitrum*

*Nitrum Chachectticum Chalybeatum.*

Fit ex Nitri ℥iijß. Vitrioli Martis ℥ij. & Arcani duplicati ℥ijß. miſcendo, & ſubtiliſſime conterendo, hinc in arenâ ad rubedinem colliquando, & calcinando.

*Nitrum Corallatum.*

Fit ex Nitri purificati ℥iij. & Salis Corallorum ℥i. ſi illa ſingula ſeorſim cum Aqua Roſarum ſolvantur, ſolutiones filtratæ conjungantur & ad conſiſtentiam Salis abſtrahantur.

*Nitrum*

*Nitrum Fixatum.*

Recipimus Nitri ℔i. liquefacimus in Crucibulo, & flores Sulphuris illi tam diu injicimus, donec detonatio ceſſet, poſtea ſolutione, filtratione, & cryſtalliſatione purificamus.

*Nitrum Joviatum.*

Caput mortuum ex ſublimatione Florum Jovis affuſa Aqua coquimus, filtramus & ad ſiccitatem evaporamus.

*Nitrum*

*Nitrum Nitratum.*

Fit ex Nitri purificati ℥vi. & Sp. Nitri rectific. ℥iv. miſcendo & ad ſiccitatem cum tribus cohobiis deſtillando, & Ignem ultimò ad Vaſis excandeſcentiam urgendo.

*Nitrum Perlatum.*

Fit uti Nitrum Corallatum, modo quod loco Salis Corallorum, Sal Perlarum aſſumatur.

*Nitrum Saturniſatum.*

Recipiuntur Sacchari Saturni & Nitri purificati ana ℥ij, ſolvuntur in aceto deſtillato

ſtillato & cryſtalliſantur.

*Nitrum Sulphuratum.*

Recipimus florum Sulphuris ʒiv. & Nitri ℔ß. hanc mixturam paulatim in Crucibulo, ſub Campanâ, quæ tegit patinam continentem ſpiritus Urinæ ℔ij., detonamus fere eodem modo uti olim fieri ſolebat Oleum Sulphuris per campanam clauſam, cum omnis materia per vices detonata fuerit, miſcemus caput mortuum cum Spiritu Urinæ, qui in patina eſt, digerimus per diem, poſtea filtramus, & ad ſiccitatem ſ. a. evaporamus.

*Nitrum*

*Nitrum Sulphuratum aliud.*

Fit ex Nitri & ſp. Sulphuris p.æq.uti de Nitro nitrato dictum.

*Nitrum Vitriolatum.*

Vide Arcanum duplicatum.

*Nitrum Vitriolatum aliud.*

Fit ex Nitri purificati p.ij. & Olei Vitrioli p.i.uti de Nitro nitrato dictum procedendo.

## O

### *Ol. Abſynthii.*

Deſtillatur ut moris eſt per Veſicam.

### *Oleum Ammoniacum.*

Deſtillatur ex arenâ per Retortam.

### *Oleum Anglicæ & Aniſi.*

Deſtillantur per Veſicam.

### *Ol. Antimonii.*

Fit ex Butyro Antimonii denuo per Retortam rectificato.

*Ol. Antimonii Saccharatum.*

Fit ex Antimonii pulverisati & Sacchari ana ℔ij. secundum artem mixtis & per Retortam nudo Igne vehementissimo destillatis.

*Ol. Asæ Fœtidæ.*

Destilatur per Retortam.

*Ol. Aurantiorum.*

Fit per Vesicam.

*Ol. Baccarum Hederæ.*

Destillatur per Retortam.

*Ol. Bacc. Lauri.*

Fit vel per Veſicam, quod fragrans. Vel per Retortam quod fœtidum.

*Ol. Benzoini & Buxi.*

Fiunt per Retortam.

*Ol. Chamom. Carv. Caryophill.*

Deſtillantur per Veſicam.

*Ol. Ceræ.*

Fit ex Cera, Igne arenæ, per Retortam deſtillando.

*Ol. Corn. Cerv. & Cranii Humani.*

Deſtillantur unà cum Spiritu per Retortam, & poſtea l. a. rectificantur.

*Ol. Cymini.*

Fit per Veſicam.

*Ol. Euphorbii.*

Deſtillatur per Retortam.

*Ol. Fœnic. dulcis.*

Fit per Alembicum.

*Ol. Fulig. Galb. Guaiaci, Guajac. rectif.*

Deſtillantur per Retortam, unà cum ſpiritu, cum quo deinde l.a. rectificantur & ſeparantur.

*Ol. Hyſſop. Junip. Lavend. Limon. Majoranæ.*

Fiunt per Alembicum.

*Ol. Martis Wurtzii.*

Limaturam Martis cum aq. Stygia peculiari toties irroramus & exſiccamus dum rubiginem contraxerit, tunc aq. affuſâ abluimus, filtramus & ad ad conſiſtentiam Olei

evaporamus, quod aliâ Aquâ affuſâ & evaporatâ dulcificamus.

*Ol. Maſtiches.*

Deſtillatur per Retortam.

*Ol. Mentæ.*

Fit per Alembicum.

*Ol. Myrrhæ Chemicum.*

Myrrha per Retortam deſtillatur in Spiritum & Oleum, quæ per tritorium ſeparantur.

*Ol. Myrrhæ per deliq.*

Ova ad duritiem coquuntur,

tur, per medium diſſecantur, vitelli eximuntur, & locus illorum cum alcohol Myrrhæ impletur, ſic filo ligata, in cellâ ſuſpenduntur, ut Oleum per deliquium defluat.

*Ol. Nuc. Moſchat. & Origani.*

Deſtillantur per Veſicam.

*Ol. Ovorum.*

Vitelli Ovorum in ſartagine tam diu friguntur ſ.a. dum Oleum emittant.

*Ol. Philoſophorum vel de lateribus.*

Lateres candefacti in Oleum

leum Olivarum projiciuntur tam diu dum omne Oleum imbiberint, tum exempti, confringuntur, unde per Retortam Oleum deſtillatur, à Spiritu ſeparandum.

*Ol. Picis Liquidæ.*

Deſtillatur per Alembicum vel etiam per Retortam.

*Ol. Picis Barbadenſis, & Polypodii.*

Fiunt per Retortam.

*Ol. Pulegii, Rhodii, Rorismar. Rutæ, Sabinæ.*

Fiunt per Alembicum Cupreum.

*Ol.*

*Ol. Salis.*

Eſt Spiritus Salis, ad conſiſtentiam Olei Vitrioli rectificatus.

*Ol. Salviæ, Saſſafras, Saturejæ.*

Deſtillantur per Veſicam.

*Ol. Saturni.*

Vide Balſamum Saturni.

*Ol. Silicum.*

Vide liquor Silicum.

## *Ol. Succini Spirituale & Commune.*

Deſtillantur per Retortam è ſuccino, deinde à Sale ſeparata, cum Spiritu rectificantur, quod primo prodit & flavi coloris eſt, vocatur Oleum Spirituale, quod ſecundo provenit, & rubrum eſt, vocatur commune.

## *Ol. Sulphuris.*

Fit per campanam, ſub qua Sulphur accenditur, ubi Oleum (Phlegmate in auras abeunte) coagulatum, per latera campanæ in vas ſuppoſitum deſtillat.

*Ol.*

*Ol. Tabaci.*

Deſtillatur per Retortam.

*Ol. Tanaceti.*

Fit per Veſicam.

*Ol. Tartari Chemic.*

Deſtillatur per Retortam unà cum ſpiritu, cum quo poſtea rectificatur.

*Ol. Tartari per deliq. & Comm.*

Tartarus ad Albedinem calcinatus, & reverberatus, ſupra Tabulam vitream expanditur, & in cellâ collocatur,

tur, ubi humiditate ex aëre attracta in Oleum ſeu liquorem defluit, ex maſſa remanente reſiduum ſalis cum Aquâ bulliente extractum, & ad conſiſtentiam evaporatum vocatur Oleum Tartari commune.

*Ol. Tartari Sennerti.*

Eſt ſal Tartari Sennerti per deliquium ſolutum.

*Ol. Terebinth. Tereb. Venet.*

Deſtillantur per Veſicam.

*Ol.*

*Ol. Terebinth. Terebinth. Venet. rectific.*

Rectificantur per Retortam.

*Ol. Tereb. flavum & rubrum.*

Fiunt per Retortam.

*Ol. Thymi.*

Deſtillatur per Veſicam.

*Ol. Virid. Æris Cauſticum.*

Recipimus Æris Viridis ʒi. Salis Nitri ʒij., quæ pulveriſata & probe commixta, ſecundum artem detonantur,

materiam relictam aëri exponimus, ut Oleum dictum per deliquium defluat.

*Ol. Vitrioli & Vitrioli Dantiſani.*

Fiunt è Vitriolo calcinato, quod Retortæ inditum, in reverberio clauſo Igne per gradus accenſo, et tandem vehementiſſimo, per tres dies & noctes continuato deſtillamus: & poſtmodum a Phlegmate & ſpiritu ſuo per Retortam ex arenâ liberamus.

*Ol. Vitrioli dulce.*

Recipimus Olei Vitrioli rectificati & à Phlegmate & Spiritu omnino ſeparati ℔i.

Sp.

Sp. Vini rectificati ℔iij. vel iv. miſcemus ſ. a. in matracio, quod exacte clauſum, & per menſem, vel dutius, digeſtum, per Retortam cum quatuor vel pluribus cohobiis, dum uniti ſint, deſtillamus.

*Ol. Vitrioli rectific.*

Rectificatum dicitur, ſi dephlegmatum per Retortam pellatur.

---

P

*Panacæa Holſatica.*

Vide Arcanum duplicatum.

*Panacæa Sulph. Antimonii.*

FIt ex ſulphuris combuſtibilis Antimonii & reguli Antimonii ana ℥i. ol. Sulphuris per campanam rectificati ℥iij. per dies octo digerendo & poſtea per arenam deſtillando, & ſub. finem Ignem augendo, maſſam poſtea in fundo relictam per quinque horas reverberando. Tandem ſingulis unciis hujus pulveris adimus Salis Corallorum ℥ij. ſ. a. miſendo. *Pana-*

*Panacæa Merc. Schroderi.*

Vide Mercurius præcipitatus fixus.

*Plumbum Ustum.*

Vide Calx plumbi.

---

## R

### *Regulus Antimonii.*

Recipimus Antimonii, Nitri, Tartari ana ℔i. quæ pulveriſata & mixta in Crucibulo detonamus, augendo Ignem ut ſalia per ſemihoram liquefiant & fluant deinde Crucibulo ab Igne remoto, refrigerato, & fracto, regulum à Scoriis ſeparamus.

### *Regulus Martis.*

Fit eodem modo, ex Antimonii, Nitri & Tartari ana ℥ix. & Martis limati ℥iv. inſimul detonando.

*Re-*

*Regulus Jovis.*

Reguli Antimonii & Jovis ana, Ope Vulcani colliquamus.

*Regulus Solaris.*

Fit ex Auri Cupellati ℥i. & Reguli Antimonii ℥viij. colliquando.

*Regulus Lunaris.*

Fit eodem modo.

*Regulus Veneris.*

Fit ex Antimonii ℔ij. cupri, Nitri & Tartari ana ℔i. & porro uti de Regulo

Regulo Antimonii dictum proceditur.

*Reſina Guaiaci.*

Guaiaco raſpato Spiritus Vini q. ſ. affundimus, digerendo, dum is rubro colore tinctus ſit, tum filtratus ad tertias abſtrahitur, & quod remanet Aquæ puræ infunditur, Reſina tandem præcipitata & abluta exiccatur.

*Reſ. Jalappæ & Scammon.*

Fiunt eodem modo.

*Ros Vitrioli.*

Vitriolum non calcinatum, per Retortam ex arenâ l.a. deſtillatur, unde Ros ejus prodit.

---

S

*Sacch. Aluminis.*

VIde Alumen dulce.

*Saccharum Saturni.*

Sumitur Lythargyrium, vel minium, vel Ceruſſa, utrum vis, & cum aceto deſtillato tam diu coquitur, dum dulciſſimum evadat, deinde filtratum & ad cuticulam evaporatum, in Cella ponitur, ut Cryſtalli concreſcant, qui ſiccati ſ. a., ſervantur.

## *Sal Abſynthii.*

Abſynthium ſiccatum & incenſum, in cineres redigitur, ex quibus cum Aquâ calidâ Sal elixiviatur, deinde Aqua ad ſiccitatem ſalis evaporatur, quod ſi opus ſit, ſecundâ vel tertiâ ſolutione & coagulatione purificatur.

## *Sal Abſynthii cryſtallin.*

Solvitur Sal Abſynthii Aquâ calidâ, ſolutio ad cuticulam evaporata, in Cellâ ad cryſtalliſandum ponitur, exempti cryſtalli ſiccantur.

## *Sal vel Tartarus Aceti.*

Fit ex Capite Mortuo Aceti abſque aduſtione ad ſiccitatem abſtracti, ſi illud poſtea cum Aquâ ebulliat, filtretur, & ad tertias evaporetur, concreſcent in loco frigido Cryſtalli, qui ſecunda & tertia, quoad opus eſt, ſolutione purificari poſſunt, dicitur Sal Aceti eſſentiale, vel etiam Tartarus Aceti.

Si vero caput mortuum comburatur, & inde Ope Aquæ ſ. a. Sal eliciatur, Sal fixum aceti vocatur.

*Sal*

*Sal Artemiſ. Cardui, Charyoph. Chamom. Cochleariæ, Cochleariæ Marinæ.*

Fiunt uti de Sale Abſynthii dictum.

*Sal Corallorum.*

Solvuntur Coralia aceto deſtillato, ſolutio filtrata ad ſiccitatem evaporatur.

*Sal Cornu Cervi.*

Deſtillatur una cum ſpiritu, & poſtea per crebras rectificationes ab Oleo purificatur.

*Sal Corn. C. Succinat.*

Salis Corn. Cervi purificati ℔i. cum ℔ß. ſuccini miſcetur & ſublimatur.

*Sal Cran. Human. & Sal Cran. Hum. Succin.*

Fiunt eodem modo uti de ſale Cornu Cervi dictum, ex Craniis humanis.

*Sal Diureticum.*

Ex Capite mortuo ſalis volatilis Armoniaci, ope Aquæ calidæ, elicitur, & filtrando & coagulando purificatur.

*Sal*

## *Sal Duplex.*

Vide Arcanum duplicatum.

## *Sal Fabarum, Fraxini, Fuliginis, Geniſtæ, Juniper. Lavendulæ.*

Fiunt eodem modo uti de Sale Abſynthii dictum.

## *Sal Martis.*

Vide Martis Sal.

## *Sal Martis quod Anima Hepatis dicitur.*

Fit, ſi Spiritus Vini rectificati ℔ß. & Ol. Vitrioli ʒiv.

commixta, ſerventur in ſarragine ferreâ ad ſiccitatem Salis.

*Sal Martis purgans.*

Miſcemus Limaturæ Martis, & Salis Armoniaci ana ℔ß. & Igne intenſo ſublimamus, ex capite mortuo, ope Aquæ calidæ, Sal ſolvendo, filtrando & coagulando ſ.a. extrahimus.

*Sal Mentæ.*

Fit uti Sal Abſynthii.

*Sal Matris Perlarum, Perlarum, & Oculorum Cancri.*

Solvuntur Perlæ aceto deſtillato,

ſtillato, filtratur, & ad ſiccitatem evaporatur.

*Sal Polychreſtum.*

Sumimus Nitri & Florum Sulphuris ana ℔i. detonamus ex reſiduo, Sal Polychreſtum ope Aquæ eluimus, filtramus, & ad ſiccitatem evaporamus.

*Sal Roris Marini, Rutæ, Sabinæ, Salviæ.*

Fiunt per incinerationem, uti de Sale Abſynthii dictum.

## *Sal Spongiæ fixum, & Volatile.*

Spongiæ deſtillantur per Retortam, & prodit ſpiritus, Sal Volatile, & Oleum, Sal ſeparatum rectificatur. Ex Capite mortuo Elixiviatur Sal fixum, ope Aquæ calidæ, & proceditur filtrando, & coagulando, uti ſæpius de Salibus fixis dictum fuit.

## *Sal Sulphuris.*

Ex Capite mortuo ſeu cineribus ſulphuris ſ. a. ope Aquæ elicitur.

*Sal*

*Sal Succini.*

In deſtillatione & rectificatione Olei Succini, colligitur Sal Succini, collo Retortæ adhærens, quod ſ. a. purificatur.

*Sal Tamariſci, Tartari.*

Fiunt per incinerationem, ſolvendo, filtrando, & coagulando.

*Sal Vitrioli.*

Vitriolum Album, Aqua ſolutum filtratur & cryſtalliſatur.

*Sal*

*Sal Volat. Armon. & Succin.*

Fit ex Salis Tartari & Salis Armoniaci ana ℔iij. ſ. a. ſublimando.

*Sal Volatile Armon. cum Caſtoreo.*

Fit ex Salis Volatilis, Armoniaci partibus iij. & parte i. Caſtorei, ſimul digeſtis, & ſ. a. ſublimatis.

*Sal Volat. Oleoſum liquid. Cinam. &c.*

Recipimus Cinamomi ʒi. ( vel aliud Aroma ) Spiritus Vini ʒiv. ſp. Salis Armoniaci ʒij. miſcemus, ſ. a. digerendo

rendo & aduniendo.

*Sal Volat. Urinæ.*

Fit uti Sal Volat. C. C. ex Urina fermentata.

*Sedativ. Archæi.*

Recipiuntur flores Salis Armoniaci Martiati, ex quibus, cum ſp. Vini, Tinctura elicitur, quæ ad placitam conſiſtentiam abſtrahitur.

*Sp. Aceti.*

Vide Acetum Deſtillatum.

*Sp. Aluminis.*

Deſtillatur ex Alumine calcinato, Igne aperto vehementiſſimo, uti Oleum Vitrioli.

*Sp. Buxi.*

Deſtillatur, una cum Oleo, per Retortam, & deinde rectificatur.

*Sp. Caſtorei.*

Recip. Caſtor ℥iv. Fl. Lavend. ℥i. Salv. Roriſmar. ana ℥ß. Cinnam. ʒvi. Mac. Caryoph. ana ʒij. Sp. V. rectif. ℔vi. digerimus & ſ. a. deſtillamus.

*Sp. Cochleariæ.*

Fit ex Herbâ ſ. a. fermentatâ, & poſtmodum per Alembicum deſtillata.

*Sp.*

*Sp. Corallorum Poterii.*

Deſtillatur per Retortam ex arenâ, è ſale coralliorum per crebras ſolutiones, filtrationes, & coagulationes purificato, & poſtea rectificatur.

*Sp. C. C. Sp. Cranii Human. Sp. C. C. Cran. Human. Succinat.*

Deſtillantur per Retortam, & poſtea ab Oleo ſeparati, rectificantur; ſi Succinatos velimus, à Succino abſtrahuntur.

*Sp.*

*Sp. Croci.*

Sumimus Croci ℥viij. Spiritus Vini ℔v. digerimus & poſtea per Balneum deſtillamus.

*Sp. Diatrion.*

Fit ex ſp. Theriacalis Camphorati ℥x. ſp. Tartari rectificati ℥vi. & ſp. Vitrioli ℥ij. ſ. a. miſcendo & digerendo.

*Sp. Fuliginis.*

Deſtillatur per Retortam uti Sp. C. C.

*Sp.*

*Sp. Guajaci & Sp. Gumm. Ammon.*

Fiunt uti ſp. Buxi.

*Sp. Juniperi.*

Fermentantur Baccæ Juniperi l. a., & deinde deſtillatur inde ſpiritus, per Veſicam, per Retortam rectificandus.

*Sp. Mellis.*

Deſtillatur per Retortam uti de Sp. Buxi dictum.

*Sp. Millepidum & Sal.*

Fit uti Sp. C. C.

*Sp. Nitri.*

Nitri exiccati, & pulverisati ℔ij. commiſcentur cum argillæ uſtæ ℔iv. & per Retortam, Igne aperto uti Aq. fortis deſtillatur.

*Sp. Nitri Bezoard.*

Spiritus Nitri, in præparatione Bezoardici Mineralis, à Butyro Antimonii abſtractus, dicitur Sp. Bezoardicus, & eſt de natura Aquæ Regis.

*Sp. Nitri dulcis.*

Sp. Vini rectiſicati ℔ij. cum ℔i. Sp. Nitri dephlegmati, ope digeſtionis conjunguntur,

junguntur, & deinde per Retortam cum duobus cohobiis cautè pelluntur.

*Sp. Picis Liquidæ & Picis Barbad.*

Proveniunt una cum Oleo, in eorum deſtillatione & poſtea ſeparata, rectificantur.

*Sp. Regin. Hung.*

Fit ex Floribus Rorismarini & ſp. Vini, hunc inde deſtillando,& bis ſupra novos flores cohobando.

*Sp. Salis, & Salis dulcis.*

Fiunt uti ſp. Nitri & ſp. Nitri dulcis.

*Sp. Salis Martialis.*

Sumuntur Salis Gemmæ ℔ij. Limaturæ Martis ℔iv. mixta, per Retortam aperto Igne pelluntur.

*Sp. Salis Armoniaci.*

Fit ex Salis Armoniaci ℔iij. calcis vivæ ℔vi. Aquæ communis q. ſ. per Retortam deſtillando.

*Sp. Salis Armon. Tartariſ.*

Salis Armoniaci & Salis Tartari ana lbi. cum ſ. q. Aquæ per Retortam deſtillantur.

*Sp. Salis Armon. Succinatus.*

Sp. Salis Armoniaci ſupra pulverem ſuccini l. a. rectificatur.

*Sp. Salis Armon. acidus Chalybeatus.*

Deſtillatur per Retortam, ex Capite mortuo, quod poſt primam ſublimationem florum Salis Armoniaci martiatorum, relictum erat,

poſtquam aëri per aliquot dies expoſitum fuit.

*Sp. Sambuci.*

Fit ex Baccis Sambuci, poſt fermentationem, per Veſicam deſtillando.

*Sp. Sang. Humani & Succinat.*

Deſtillatur, poſtquam per aliquot dies putrefactus Sanguis fuerit, per Retortam, uti Sp. C. C.

*Sp. Saturni.*

Saccharum Saturni, probe purificatum, deſtillatur per Retortam, ubi prodit ſpiritus per rectificationem à phleg-

phlegmate ſegregandus.

*Sp. Spongiæ.*

Deſtillatur ex Spongiis per Retortam, & poſtea ut Sp. C.C. rectificatur.

*Sp. Succini, Tabaci, Tartari.*

Deſtillantur per Retortam, unà cum Oleo à quo deinde ſeparati rectificantur.

*Sp. Theriac. Camph.*

Recipimus Theriacæ Andromachi ʒx. Myrrhæ rubræ ʒv. Croci Orientalis ʒi. Camphoræ ʒß. Sp. Vini rectificati ℔i. ʒiv. digerimus per aliquod

aliquod tempus, & per Balneum rectificamus.

*Sp. Veneris.*

Deſtillatur ex Floribus ſeu Cryſtallis viridis Æris per Retortam.

*Sp. Vini Canarini.*

Deſtillatur ex Vino per Veſicam, & deinde pro lubitu per Retortam rectificatur.

*Sp. Vini Succinatus.*

Eſt Sp. Vini rectificatus, à Succino pulveriſato abſtractus.

*Sp.*

*Sp. Vini Tartarisatus.*

Rectificatur à Sale Tartari.

*Sp. Viperarum, & Sal. Volat.*

Destillatur ex Viperis siccis, uti Sp. C. C.

*Sp. Vitrioli.*

Prodit unà cum Phlegmate, in destillatione Olei Vitrioli, à quibus in rectificatione postea separatur.

*Sp. Vitrioli essentific.*

Vide Clyssus Vitrioli.

*Sp. Vitrioli Martis.*

Deſtillatur l. a. ex Vitriolo Martis calcinato, uti Sp. Vitrioli communis.

*Sp. Vitrioli Philoſoph.*

Fit ex Aquâ cum quâ Mercurius vitæ præcipitatus fuit, quæ, ad tertias evaporata rectificatur.

*Sp. Vitrioli Tartariſatus.*

Sumimus Tartari ad nigredinem calcinati ℔i. Vitrioli ungarici ad Albedinem calcinati ℔ij. miſcemus & Sp. Vini irroramus, tunc Retortæ indita ſ. a. deſtillamus & rectificamus. *Sp.*

*Sp. Urinæ.*

Urina per ſe fermentata, in Spiritum, uti ſp. C. C. rectificatur.

*Stypticum Regis.*

Diſſolvimus ℔xxv. Vitrioli, filtramus, & affundimus ſp. aceti ℔i. ſubſidentiâ factâ, liquorem à pulvere præcipitato decantamus, cumque ad dulcedinem abluimus, & ſiccamus, poſtea huic Retortæ indito, affundimus Olei Vitrioli ℔ß. quod ad ſiccitatem inde deſtillamus ſ. a. pulverem relictum cum ſ. q. ſp. Vini digerimus, filtramus calide, & ſp. Vini abſtrahimus, rema-

remanebit in fundo Sal cujus ʒi. in ʒiv. Aquæ ope digeſtionis ſolutæ dicitur Stypticum Regis.

*Sulphur Antimonii Vomit.*

Liquefacimus ſalis Abſynthii ℔ß. in Crucibulo, & per vices injicimus Antimonii pulveriſati ʒij. fluunt per horæ quadrantem, deinde effundimus, & ſal à Sulphure Aquâ calidâ abluimus.

*Sulphur Antim. Auratum.*

Scoriæ à Regulo Antimonii ſeparatæ, coquuntur in Aqua, liquore filtrato, cum aceto, vel alio acido, Sulphur præcipitatur & abluitur.

*Sulphur*

*Sulph. Antimonii Combuſtibile.*

Diſſolvimus Antimonium in Menſtruo peculiariter ad id præparato, ſolutionem in Aquam projicimus, ubi ſtatim Sulphur ſeparari videmus, quod colligimus, & Aquâ calidâ ab acredine ſua liberamus, vel ſi placet per ſe ſublimamus.

*Sulphur Vitrioli Anodyn. Martiale.*

Sumimus florum ſalis Armoniaci Martiatorum q. pl. & ſal Armoniacum Aquæ ſimplicis ſufficiente quantitate inde abluimus, pulvis rubicundus fundum petens

ab omni ſalſedine liberatus, aliqandiu calcinatus, eſt Sulphur prædictum.

*Sulphur Vitrioli Narcotic.*

Fit ex Limaturæ Martis puræ ℥iv. vitrioli Hungarici ℥viij. mixtis, quibus ſ. q. aceti deſtillati affunditur, digeſtum per diem, Igne arenæ ad ſiccitatem abſtrahitur, ultimo augendo Ignem ut quodammodo rubeat maſſa, cui, pulveriſatæ, affunditur acetum, digeritur ad tincturæ extractionem, quæ filtratur, & Oleo Tartari præcipitatur, tandem Sulphur, quod fundum petet, edulcoratum exiccatur.

*Sulphuris ens ſ. gaſh.*

Fit ſi Sulphur ſub campanâ, vaſi Aquâ pleno impoſita, ad ſufficientem impræg-nationem Aquæ ſæpius accenſum deflagramus.

---

## T

### *Tabaci ſp. & Oleum.*

VIde Sp.& Oleum Tabaci.

### *Tartar. Antimoniat.*

Sumimus Cremoris Tartari ℔i. florum Antimonii ʒij. coquimus in ſ.q. Aquæ ſimplicis, filtramus & Aquam ad ſiccitatem evaporamus.

### *Tartari Balſamum.*

Sumimus Olei Tartari per deliquium ʒix. Cremoris Tartari ʒviij. digerimus per biduum, deinde ad ſiccitatem evaporamus, extrahimus inde

de Tincturam, vel cum ſpiritu Vini, vel etiam cum ſp. aceti, quousque tingatur, quam filtratam ad mellaginem abſtrahimus.

*Tartari Cremor.*

Vide Cremor Tartari.

*Tart. Chalybeatus.*

Cryſtallorum Martis ℥i. ſolvimus in Aqua fumariæ q. ſ., ſolutionem incorporamus, cum Cremoris Tartari ℥x. & ad ſiccitatem evaporamus.

*Alius.*

Solvimus Vitrioli Mar-

tis ℥i. in ſ. q. ſucci acetoſæ depurati, ſolutionem incorporamus, cum Cremoris Tartari ℥vi. & leniſſimo Igne exſiccamus.

*Tartarus Emeticus.*

Fit ex Cremoris Tartari & Croci metallorum ana q. pl., quæ mediante calore in Aquâ deſtillata, vel ſerpilli, vel mentæ, diſſolvimus, filtratum liquorem ad cuticulam ſi cryſtallos deſideramus, vel ad ſiccitatem evaporamus.

*Tartarus ſolutus Junckii.*

Olei Tartari per deliquium q. pl. ſupra Ignem ebullitur

litur lentè, & per vices Cremor Tartari pulveriſatus tam diu injicitur, dum nullus amplius ſolvi velit, tunc filtramus liquorem refrigeratum & vel ſic aſſervamus, vel etiam ad ſiccitatem evaporamus.

*Tartarus Vitriolatus.*

Oleo Tartari per deliquium, Oleum Vitrioli guttatim tantum infundimus, dum efferveſcentia ceſſet, deinde ad ſiccitatem evaporamus.

*Tartarus Vitriolatus Antimonialis.*

Recipimus florum Antimonii ℥ij. Cremoris Tartari ℥iv. coqui-

coquimus in ſufficiente quantitate aquæ ſimplicis, filtramus calidè, addimus Salis Tartari ℔i. evaporamus ad ſiccitatem, & paulatim inſtillamus, Olei Vitrioli q. ſ. pro ſaturatione, rurſuſque exiccamus, poſtea in Aquâ ſimplici ſolvimus, filtramus & ad ſiccitatem evaporamus.

*Tartarus Vitriolatus Emeticus Purgans.*

Liquefacimus in Crucibulo, Salis Tartari ℔i. addimus Vitri Antimonii per ſe parati ℥ij. cum bene mixta fuerint effundimus, ſolvimus Aquâ communi, filtratumque ad ſiccitatem evaporamus, tandem

dem paulatim addimus Olei Vitrioli q. ſ. exiccamus, & uſui reſervamus, vel etiam procedimus ſolvendo, filtrando, & cryſtalliſando.

*Terra dulcis Vitrioli.*

Fit ex capite mortuo Vitrioli Anglicani, ad dulcedinem abluendo.

*Terra rubra Vitriol. F. W.*

Vitrioli calcinati ℔ij. in Olla per horam candefacimus, frangimus deinde Ollam, & Vitriolum in aceto aliquandiu coquimus, affundendo in fine Aquam fontanam, quam ad medium evaporatam, poſtquam aliquantulum

tulum ab Igne remota ſteterit,decantamus, quod in Ollâ remanet,aliâ Aquâ affuſâ rurſus coquimus, dum rubro colore liquor tinctus ſit, tunc decantamus novamque rurſus affundimus, procedendo ut prius, dum Aqua non amplius tingatur. Confuſos deinde hos decantatos liquores ad ſiccitatem Terræ Rubræ evaporamus. Terram hanc rurſus candefactam in Aquam conjicimus,coquimus, liquorem tinctum decantamus, aliam affundimus, hunc laborem repetentes dum liquor non amplius tingatur. Tandem liquores omnes ad ſiccitatem evaporamus, Terramque relictam, rurſus candefactam in Aquam conjici-

mus uti jam dictum,coquendo,decantando & evaporando procedimus, tandem Terram relictam & ſiccatam ad uſum ſervamus.

*Tinctura Abſynth.*

Extrahitur ex floribus & ſeminibus abſynthii per ſpiritum Vini.

*Tinctura Antimonii Prima.*

Vitrum Antimonii,per ſe factum,& pulveriſatum, cum aceto deſtillato tam diu digerimus,dum illi tincturam communicaverit,deinde filtramus, & ad ſiccitatem in Balneo abſtrahimus, poſtea Aquâ calida diſſolvimus, filtramus, &

& rurſus ad ſiccitatem evaporamus, remanentiæ Spiritum Vini affundimus, digerimus, dum is Rubro colore tinctus ſit, quem tandem filtratum ſervamus.

*Tinctura Antimonii ſecunda.*

Scoriæ, Reguli Antimonii cum Spiritu Vini digeruntur dum Rubro illum imbuant colorem, tandem filtrando ab eo ſeparantur.

*Tinctura Antimonii Vomitiva Tertia.*

Vitrum Antimonii in ſubtilem pulverem conterimus, indimus matracio, affundendo Spiritus Veneris rectificati

cati q. ſ., digerimus usquedum rubicundo is colore tinctus ſit, deinde decantatus, à tinctura per Retortam leni Igne abſtrahitur,ad aliqualem humoris remanentiam, cui Spiritum Vini affundimus, digerimus per aliquot dies tandem filtratum ad placitam conſiſtentiam abſtrahimus.

*Tinctura Aſæ Fœtid. Balſ. Tolut. Benzoini.*

Extrahuntur cum Spiritu Vini rectificato,poſtea filtrantur.

*Tinct. Bezoardica.*

Recipimus Theriacæ Andromachi ℥vi. Rad. Serpent. Virginianæ

ginianæ, Angelic. Enulæ, Zedoariæ, ana ʒiij. Croci Anglic. ʒij. Herb. Scordii, Rutæ, ana Mp. i. Cinam. el. Cort. Citri, Myrrhæ ana ʒiß. opii ʒß. inciſa & contuſa cum Spiritus Bacc. Junip. rectific. Sambuci ana ℔iij. Sp. Tartari rectific. ℔ijß. Sp. Vitrioli ℔ß. digerimus ſ. a. tandem filtramus, addimus Salis Succini ʒij. Camphoræ ʒij. & procedimus digerendo.

*Tinct. Caſtorei.*

Fit ex Caſtoreo cum Sp. caſt. digerendo.

*Tinct. Corallorum.*

Fit uti Tinctura Antimonii,

nii, niſi quod in prima extractione aliud Menſtruum ſumamus.

*Tinct. Corall. Poterii.*

Vide Sp. Corallorum.

*Tinct. Croci, Galbani, Guajaci, Gum. Ammon.*

Fiunt cum Sp. Vini uti Tinctura Aſæ Fœtidæ.

*Tinct. Galbaneti.*

Galbaneti Sennerti ℔ß. Tinct. Tartari ℔i. miſcemus circulando ad omnis Tincturæ extractionem, tandemque Oleum Terebinthinæ ſ. a. à Tinctura ſeparamus.

*Tinct. Hæmatit.*

Hæmatites ſublimatur cum Sale Armoniaco, ex hoc ſublimato, cum Spiritu Vini Tinctura extrahitur.

*Tinct. Martis Mynſicht.*

Limatura Martis cum Salis Armoniaci ana ſublimatur ex Capite mortuo deliquans liquor, filtratus, ad ſiccitatem evaporatur, unde cum Sp. Vini rectificatiſſimo Tinctura l. a. extrahitur.

*Tinct Myrrhæ.*

Ex Myrrhâ cum Sp. Vini extrahitur.

*Tinct.*

*Tinct. Perlarum.*

Fit ex Perlis uti Tinctura Corallorum.

*Tinct. Piperis.*

Extrahitur cum Sp. Vini.

*Tinct. Salis Tartari.*

Sal Tartari in Crucibulo Igne follium liquefit, dum cœruleum vel rubrum acquirat colorem, deinde in mortarium effuſum contunditur, & cum Spiritu Vini Tinctura l. a. extrahitur.

*Tinct. Succini.*

Cum Sp. Vini è Succino pulveriſato extrahitur.

*Tinct. Sulph. Terebinth.*

Balſamum Sulphuris Terebinthinatum ad ſiccitatem in Balneo Mariæ coquitur, hæc maſſa pulveriſatur, & cum Spiritu Vini Tinctura inde extrahitur.

*Tinct. Sulph. Tartariſ.*

Florum Sulphuris ʒi. & Salis Tartari ʒiij. l. a. colliquantur, unde Spiritu Vini Tinctura extrahitur.

*Tinct.*

*Tinct. Veneris.*

Miſcetur Vitrioli Veneris ʒi. cum Salis Armoniaci ʒij. ſuper Ignem in Crucibulo l. a. unde Spiritu Vini Tinctura Smaragdina extrahitur.

*Turpet. Minerale cum Ol. Vitrioli & Oleo Sulph.*

Sumimus Mercurii ℔i. & inde tantundem Olei Vitrioli vel triplum Olei Sulphuris, cum binis cohobiis ad ſiccitatem abſtrahimus, maſſam albam quæ in fundo Retortæ eſt, contundimus, quæ affuſione Aquæ calidæ in flavum pulverem converſa abluitur,& ſiccatur. *Tutia*

*Tutia præpar. Wurtzii.*

Tutiam pulveriſatam & candefactam ter in Aquâ Chelidoniæ extinguimus.

---

V

*Vitriolum Camph.*

VItrioli calcinati ℔i. affundimus Camphoræ Sp. Vini ſolutæ ℥ij. & lento Igne Spiritum inde abſtrahimus.

*Vitriolum Martis.*

Vide Sal Martis.

*Vitriol. Roman. Calcin.*

Calcinatur leni Igne vel Radio Solari.

*Vitriol.*

*Vitriol. Veneris.*

Vide flores virid. Æris.

*Vitrum Antim.*

Antimonium ſupra tegulam in Cinereum pulverem calcinatum, Igne follium in Vitrum colliquatur.

*Vitrum Saturni.*

Minium Igne follium in Vitrum confluit.

*Urinæ*

## *Urinæ Sal fixum.*

Urinam ad ſiccitatem evaporamus è maſſâ relictâ ſolvendo, filtrando, & evaporando, Sal elicimus, quod ſ. a. purificatum & ſiccatum ad uſum ſervamus.

---

*FINIS.*

# INDEX

## HUJUS LIBELLI.

### METALLORUM Et MINERALIUM PRÆPARATIONES.

*Auri Præp.*

AUrum Fulminans,

*Argenti.*

Calx Lunæ.
Cauſticum Lunare, ſ. Lapis Infernalis.

O *Cupri.*

*Cupri.*

Æs uſtum.
Balſanum Veneris.
Crocus Veneris.
Vitriolum Veneris, ſ. flores Viridis Æris.
Ol. Viridis Æris cauſticum.
Sp. Veneris.
Tinctura Veneris.

*Ferri.*

Chalybs cum Sulphure.
Sal Martis.
Crocus Martis per ſe.
cum Aquâ Regis,
cum Rore Majali.
adſtringens.
aperitivus.
ex Vitriolo Martis.

Ol.

Ol. Martis Wurtzii.
Magiſterium Martis aperitivum.
Sal Martis Anima Hepat. dict.
Sal Martis purgans.
Sedativum archæi.
Sulphur Vitrioli anodinum martiale,
Sulph. Vitrioli Narcoticum.
Tinctura Martis.

*Stanni.*

Arcanum Jovis.
Calx Jovis.
Flores Jovis.
Jupiter Diaphoreticus.
Jupiter Nitratus.
Magiſterium Jovis.

*Plumbi.*

Balſ. Saturni, Terebinth.
Juniperinum.
Calx Saturni ſ. Plumbum Uſtum.
Magiſterium Saturni.
Oleum Saturni.
Saccharum Saturni.
Sp. Saturni.
Vitrum Saturni.

*Argenti Vivi.*

Æthiops Mineralis.
Arcanum Corallinum.
Arcanum Corallinum Parac.
Cinnab. Antimonii.
☿ præcipit. Albus.
ſubdulcis.
fixatus ſ. Pannaceæa Mercurii.
flavus

flavus ſ. Turpetum
Minerale cum Ol.
Sulph. cum Ol. Vitri.
Gryſeus.
Incarnatus.
Laxativus.
per ſe.
ruber.
Wurtzii.
☿ Sublimatus corroſivus.
dulcis.
ruber.
flavus.

*Argenti Vivi præp. cum Metallis.*

Aurum Moſaicum.
Aurum Vitæ Hartm.
☿ præcipit. Solaris per ſe.
☿ præcipit. Viridis.
☿ præcipit. cum Jove.

☿ præcipit. Wurtzi.

*Antimonii.*

Antihectic. Poterii.
Antim. Diaph.
Antim. Diaph. fixum.
Antim. Magiſt. fixum.
Antim. Medicamentoſum.
Antim. reſuſcitatum.
Aq. Stimii Sulph.
Balſ. Antimonii.
Balſ. Sulph. Antimonii.
Bezoard. Joviale.
Lunare.
Martiale.
Minerale.
Solare.
Butyrum Antimonii.
Ceruſſa Antimonii.
Martis.
Martis cum nonuplo Nitri. Cinnab.

Cinnab. Antimonii.
Crocus Metallorum.
Flores Antimonii.
Diaphoret.
Mercurius Vitæ.
correctus.
Oleum Antimonii.
Saccharatum.
Panacæa Sulph. Antim..
Regulus Antim.
Martiatus.
Joviatus.
Solaris.
Lunaris.
Veneris.
Sulphur Antim.
auratum.
combuſtibile,
vomit.
Tinctura Antim. Prim.
Tinctura Antim. ſecund.
Tinctura Antim. Tert. vomitiva.
Vitrum

Vitrum Antimonii.

*Biſmuthi.*

Magiſterium Biſmuth.

*Magnetis.*

Magnes præparatus Wurtzii.

*Silicum.*

Liquor, ſ. Oleum Silicum.

*Lap. Hæmat.*

Tinctura.

*Lapidis Calaminaris.*

Præparat. Wurtzii.

*Lap.*

*Lap. Tutiæ.*

Præparat. Wurtzii.

*Corallorum.*

Magiſterium.
Sal.
Spiritus Poterii.
Tinctura.

*Succini.*

Balſamum Succini.
Oleum Succ. Comm.
Spirituale.
Sal Succini.
Spiritus.
Tinctura Succini.

*Picis*

*Picis Barbadenſis.*

Oleum.
Spiritus.

*Sulphuris.*

Balſ. Sulph. Aniſatum.
Benzoinatum.
Craſſum.
aliud.
Knœphelii.
Succinatum.
Terebinthinatum.
Flores Sulphuris.
Lac. ſ. Magiſterium Sulphuris.
Oleum per Campanam.
Sal.
Ens ſ. Gaſh.
Tinctura Terebinth.
Tartariſata.

*Vitrioli.*

*Vitrioli.*

Arcan. duplicatum.
Chalcanthum rubefactum.
Clyſſus.
Elixir.
Oleum Vitrioli.
dantiſani.
dulce.
rectificatum.
Ros.
Sal.
Spiritus.
eſſentificatus.
Vitrioli Martis.
philoſophicus.
Tartariſatus.
Stypticum Regis.
Terra dulcis.
Terra rubra Wurtzii.
camphoratum.

Roma-

Romanum calcinatum.
Lapis Medicamentoſus.

*Nitri.*

Aq. fortis duplex.
Simplex.
cum Alumine.
Aq. Regis.
Arcanum duplicatum.
Cryſtall. minerale.
ſaccharatum.
Lapis prunellæ.
Nitrum antimoniatum.
cachecticum chalyb.
corallatum.
fixatum.
Joviatum.
Nitratum.
perlatum.
ſaturniſatum.
ſulphuratum.
vitriola-

vitriolatum ſ. arcan. duplic.
Sal Polychreſtum.
Spiritus Bezoard.
dulcis.

*Salis.*

Flores.
Oleum.
Spiritus.
dulcis.
ſalis martialis.

*Aluminis.*

Arcanum.
Saccharum ſ. Alumen dulce.
Sal.
Spiritus.

# VEGETABILIUM PRÆPARATIONES.

## *Tincturæ.*

Absynthii.
Asæ fœtid.
Balſ. Tolut.
Benzoini.
Bezoardici.
Croci.
Galbani.
Galbaneti.
Guajaci.
Gum. Ammon.
Myrrhæ.
Piperis.
Salis Tartari.

*Elixir*

Balſamum Polychreſtum.
Elixir Pœoniæ.
Proprietatatis dulce.
Paracelſi.
Elixir proprietatis cum ſp.
C. C.
tartariſatum.
Vitrioli.

*Reſinæ.*

Jalappæ.
Guajaci.
Scamonii.

*Extracta.*

Abſynthii.
Croci.

Gambogiæ.
Hellebori.
Guajaci.
Sambuci.

*Olea.*

Abſynthii.
Ammoniac.
Angelicæ.
Aniſi.
Aſæ fœtidæ.
Aurantiorum.
Baccarum hederæ.
lauri per Retortam.
per Veſicam.
Benzoini.
Buxi.
Chamom.

Carvi.
Charyoph.
Cymini.
Euphorbii.
Fœniculi dulcis.
Fuliginis.
Galbani.
Guajaci.
rectificat.
Hyſſopi.
Juniperi.
Lavendulæ.
Limonum
Majoranæ.
Maſtiches.
Mentæ.
Myrrh. chym.
per deliq.
Nucis moſchat.

Origani.
Philoſophorum.
Picis liquidæ.
Polypodii.
Pulegii.
Rhodii.
Roriſmarini.
Rutæ.
Sabinæ.
Salviæ.
Saſſafras.
Saturejæ.
Tabaci.
Tanaceti.
Tartari chym.
per deliquium.
Commune.
Tartari Sennerti.
Terebinth.

Tere-

## *Olea.*

Terebinth.
rectificatum.
flavum.
rubrum.
Venetæ.
rectificatum.
flavum.
rubrum.
Thymi.

## *Spiritus.*

Aceti.
Buxi.
Cochleariæ.
Croci.
Diatrion.
Fuliginis.
Guajaci.
Gum. ammoniac.

Junipe-

Juniperi.

*Spiritus.*

Mellis.
Picis liquidæ
Reginæ Hungariæ.
Sambuci.
Spongiæ.
Tabaci.
Tartari.
Theriacal. camph.
Vini.
Canarini.
ſuccinatus.
Tartariſatus.

*Salia.*

Abſynthii.
cryſtallin.
Aceti eſſentiale.
fixum.

*Salia.*

Artemiſiæ.
Cardui.
Caryophi.
Chamom.
Cochleariæ hortenſ.
Cochlear. Marin.
Fabarum.
Fraxini.
Fuliginis volat.
fixum.
Geniſtæ.
Juniperi.
Lavend.
Mentæ.
Roris marini.
Rutæ.
Sabinæ.
Salviæ.
Spongiæ fixum.

volatile.
Tamariſci.
Tartari.

*Tartari præp.*

Cremor.
Oleum chem.
per deliq.
commune.
Sal.
Spiritus.
Tartarus antimoniatus.
Balſamum.
Tartarus chalybeatus.
alius.
Tartarus Emeticus.
Solutus.
Vitriolatus.
antimonialis.
eme-

emetic. purgans.
Tinctura.

*Opii Præpar.*

Laud. liq. Helm. ſ. Cydon.
Tartariſ.
opiatum Starkii.
ſine opio Hartmanni.

*Benzoini Præp.*

Flores.
Oleum.
Tinctura.

*Galbani Præp.*

Galbanetum Hartm.
Sennerti.
Oleum.
Galbaneti Tinctura.

*Mellis*

*Mellis Præp.*

Aqua.
Spiritus.

*Ceræ.*

Butyrum.
Oleum.

*Mixtæ Præp.*

Lapis infernalis Com.
medicamentosus.
Mixtura simplex.

ANIMA-

# ANIMALIUM
# PRÆPARATIONES.

---

*Salis Armon.*

ENS Veneris.
Flores.
martiati.
Sal diuretic.
Sal volatile.
succinat.
cum Caſtoreo.
Sal volat. Oleoſ. Cinnam.
Caryoph.
Majoranæ.
Nuc. moſch.
Roris marini.

Spiritus.
tartarisatus.
succinatus.
acidus chalybeatus.

*Castorei.*

Spiritus.
Tinctura.

*Salia.*

C. C.
succinat.
Cranii humani.
succinat.
Diureticum.
Matri- perlarum.
Perlarum.
Oculorum cancri.
Viperarum.

Uri-

*Salia.*

Urinæ volat.
fixum.

*Spiritus.*

C. C.
ſuccinatus.
Cran. humani,
ſuccinatus.
Millepedum.
Salis Armon.
tartariſ.
ſuccinat.
Sanguinis humani.
ſuccinat.
Viperarum.
Urinæ.

*Olea.*

C. C.
Cran. human.
Ovorum.

*Ma-*

*Magiſterium.*

Matris Perlarum.
Oculorum cancri.

---

Catalogum hic tantum habes Medicamentorum Exhibitorum in libro, qui inſcribitur, *Officina Cymica Londinenſis*, ſive Extracta Notitia Medicamentorum Spargyricorum, quæ apud Aulam Societatis Pharmaceuticæ Londin. præparantur. Opera & Studio *Nicolai Staphorſt*. Proſtant autem venales apud *Guiliel. Miller* ad Inſigne *Glandis Aureæ* in Cœmeterio D. *Pauli*.

---

*Errata.*

PAg. 10. l. 4. *mixtus* leg. *mixtis*. pag. 16. l. penult. *proportionue* leg. *proportione*. p. 30. l. 3. *di* leg. *dies*. l. pen. *le* leg. *lævigando*. p. 34. l. 4. *Anglic.* leg. *Angelic.* p. 75. l. 8. *Anglic.* leg. *Angelic.* p. 88. l. 5. *tiſani.* leg. *tiſcani.* p. 134. l. 11. *colorem* leg. *colore.*

*Cætera Benevolus Lector ipſe corrigat.*